



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 166. Benedicti XIII. conditiones propositæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

allata est Regis Galliæ Epistola. Inte-  
Sæcul. XV.  
rim die 15. Januarii Cardinales Ursinus,  
A.C. 1416.  
Aquilejensis, & Florentinus, antehac a  
Joanne XXIII. cauſſæ hujus Commissarii  
nominati, sententiam tulerunt, per quam  
ob non servatam formam juris Parisien-  
sis conventus judicium, nullum ac irri-  
tum esse pronuntiatum fuit.

## §. CLXVI.

*Benedicti XIII. conditiones pro-  
positæ.*

**B**enedictus XIII. ad cedendum jam plu- *Th. Uriæ*  
ries provocatus, tandem Mense Oct. cit.  
ctobi Anno salutis millesimo quadringen-  
tesimo decimo quinto Perpinianum rever-  
sus est, ibidemque pari constantia pro-  
positionibus, quas olim Valentiæ ex-  
hibuit, denuo inhæsit. Cum ergo Impe-  
rator septuaginta octo annorum senis  
pertinacia fessus, perspicue cognovisset,  
eum ejusmodi conditionibus, quæ omni-  
no adimpleri non possent, cessionem suam  
studiose adstringere, unacum Synodi Le-  
gatis Narbonnam rediit, inde in Ger-  
maniam reversurus; sed Arragonum Rex  
unacum Castellæ, Navarræ, & Scotiæ  
Legatis, aliisque Viris illustribus, qui ex  
Benedicti obedientia Perpiniani adhuc  
morabantur, Narbonnam Legationem de-  
creverunt, Sigismundum rogaturi, ut

N 3                    profe-

Sæcul. XV.  
A. C. 1416.

profectionem suam differret, vel enim cessurum Papatu Benedictum, vel se obsequio ejus nuncium missuros, quibus permotus Imperator Perpinianum suos ablegavit Oratores, qui denuo negotium istud promoverent.

### §. CLXVII.

*Benedicti pertinacia, & Caucoliberim recessus.*

Niem. in vit. <sup>Joan.</sup> Verum spes prosperi eventus succisa est  
<sup>XXIII.</sup> ambitiosi hujus Pontificis culpa, qui artibus suis, ac studiose quæsitis tergiversationibus unice moras nectere satagebat. Ubi vero cunctos a sua obedientia defecuros animadvertisit, clanculum Colibriam, seu Caucoliberim trajecit, quæ mari adjacet, & aliquot milliaribus Perpiniano distat. Illoco rumor increbuit, id factum esse clandestinis Arragoniæ Regis consiliis, ut Benedicto Papatum assereret, huncque perspecta rei difficultate Pontifici auctorem fuisse, ut clam in securitatis locum secederet, eoque fine Benedictum Colibriam contendisse. Fugientem infecuti sunt Barcinonenses, Cæfarugustani, Valentini, & Perpiniani, aliarumque urbium deputati, sed eum attingere desperantes, civitatem obsidione cingunt, ejusque triremes cum toto bellico apparatu, ne ultra eidem usui essent, destruunt.